

Rome, 4 Septembre 1600.

/ Ill^{me} et R^{me} Domine.

Revertitur in patriam R^{duc} D. Iacobus de la Roche. Eum officio-
se commendo Ill^{mae} pietati tuae; quemadmodum ex animo promovi cau-
sam eius apud sanctissimum Pontificem nostrum Clementem. Nam et
5 testimonio Magnae Ducissae Ethruriae, et ex iis quae mihi relata
sunt ab iis qui processum adversus eum composuerunt, videor mihi
plane cognovisse iniuria spoliatum eum fuisse beneficiis aliisque
opibus suis. Ovicula est gregis vestri, res ipsa per se loquitur,
ideo non ero in eo commendando prolixior. Opto Amplitudinem ves-
10 tram bene valere, meique memorem in sanctis precibus Domino Deo
nostro alacriter deservire. Romae die 4 Septembris 1600.

Ill^{mae} et R^{mae} Dominationis vestrae

Addictissimus in Christo servus

Robertus Card. Bellarminus.

15 Episcopo Verdunensi.

F. B. 5, f.138. Brouillon autogr.